Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

super oculos eius et cepit videre. Et restitutus est ita ut videret clare omnia. Et misit illum in domum suam dicens: Vade in domum tuam. Et si in vicum introieris, nemini dixeris.

videtur quia in manus sanationis non fecit: significans spiritum ipsum adducentium fidem accipit cecus oculos eius non esse omnino aptos. Unde sequitur: Et aspiciens ait: Video homines velut arbores ambulantes. Quia cum in fidelitate adhuc detineretur obscure se videre homines declaravit. Beda. Formam quidem corporum inter umbras aspiciens sed nulla membrorum lineamenta visu adhuc caliganti te discernere valens: quales condense arbores a longe conspicientibus vel in luce nocturna solent apparere, ita ut non facile arbor an homo sit possit dinosci. Glossa. Ideo autem non statim eum perfecte facit videre, sed in parte, quia non perfectam fidem habebat. Secundum fidem enim datur medela. Crisostomus. Reducit autem eum ad initio sensus reddens in fidei apprehensionem, et sic fecit eum perfecte videre. Unde sequitur: Deinde iterum imposuit manus super oculos eius et cepit videre. Et postea subiungit: Et restitutus est ita ut videret clare omnia. Sensu scilicet et intellectu perfecte curatus. Sequitur: Et misit eum in domum suam dicens: Vade in domum tuam, et si in vicum introieris, nemini dixeris. Glossa. Hoc quidem precepit ei quia infideles erant ut dictum est, ne forte ab eis in anima lederetur, et ipsi non credentes gravius crimen incurrerent. Beda. Vel exemplum suis tribuit ne de hiis que faciunt in mundi favorem vulgi requirant. Ieronimus. Mistice autem Bethsaida domus vallis interpretatur, id est mundus qui est vallis lacrimarum. Adducunt ei ad dominum cecum, id est qui non videt quod fuit quid est et quid erit. Rogant illum ut eum tangeret. Quis enim est qui tangitur nisi qui compungitur? Beda. Tangit enim nos deus cum mentem afflatu sui spiritus illustrat atque ad agnitionem nos proprie infirmitatis studium quoque bone actionis accendit. Apprehendit manum ceci ut eum ad executionem bone operationis confortaret. Ieronimus. Et ducit eum extra vicum, id est vanitatem malorum. Expuit autem in oculos eius ut videat voluntatem domini per flatum spiritus sancti. Impositis autem manibus interrogat eum si videret, quia per opera domini videtur maiestas eius. Beda. Vel expuens in oculos ceci imponit manus suas ut videat, quia cecitatem humani generis et per invisibilia dona et per sacramenta assumpte humanitatis extersit. Sputum enim quod de capite hominis procedit gratiam spiritus sancti designat. Sed quem uno verbo totum simul curare poterat, paulatim curat, ut magnitudinem humane cecitatis ostendat que vix et quasi per gradus ad lucem redeat, et gratiam suam nobis indicat per quam singula perfectionis incrementa adiuvat. Quisquis autem ita longa tenebrarum obscuritate depressus est ut inter bonum et malum discernere nesciat quasi ambulantes in homines istos arbores cernit, quia facta multitudinis absque luce discretionis videt. Ieronimus. Vel videt homines velud arbores, quia omnes homines existimat se superiores. Iterum autem manus posuit super oculos eius ut videret clare omnia, id est per opera visibilia invisibilia intelligeret, et que oculus non vidit, et clarum anime sue statum post rubiginem peccati mundi cordis oculo contempleretur. Misit eum in domum

St B L